

XXIII. Ut presbyteri¹ praevideant, ut omnes, qui christiano censentur^a nomine, orationem dominicam vel symbolum memoriter teneant.

fol. 87^b.

XXV. Ut presbyteri² populo nun||tiant, quod in diebus dominicis seu festivitatis sanctorum bene ab omni macula purgati oblationes summo offerant^b deo.

XXVI. Ut baptismus³ non celebretur nisi tantum praefinitis temporibus, id est sancto sabbato paschæ et sancto sabbato pentecostes, nisi intercesserit causa infirmitatis. sed alicubi non baptizent nisi in baptismalibus ecclesiis, si^c causa infirmitatis, sicut superius dictum est, non fiet^d.

XXVII. Nemo presbyterorum⁴ sumat pretium pro baptismo. quod si hoc fecerit, sciat se secundum regulam canonicam⁵ iudicandum.

XXVIII. Chrisma⁵ nequaquam emat cum pretio a ministerialibus⁶.

XXVIII. Decime⁷ ab omnibus christianis fideliter sanctæ dei ecclesiae⁸ reddantur^e. et presbyteri prevideant, ut illam decimam secundum canonicam regulam⁹ in quatuor partes dividant, hoc est sibi unam ad victum, alteram ad^f tectum et luminaria concinnanda deputet, tertiam peregrinis et pauperibus, viduis et orphanis eroget^g, quartam ad recipiendum episcopum observet.

XXX. In domo dei corpora mortuorum non sepeliantur^h nisi sacerdotum et religiosorum virorum.

XXXI.¹⁰ Magno studio¹¹ hoc nobis providendum est, quid de presbyteris criminosis, qui accusati sunt et semper negant, agendum sit¹².

XXXII. Admonemus¹³, ut unusquisque presbyter bene sibi notum evangelium sanctum faciat, lectionarium sacrosque canones atque librum sacramentorum nec non et bap-

a) censentur *Cod.* b) offerent *Cod.* c) nisi *Cod.*², ni addens *supra lineam.* d) fiet] fiat (?) *Cod.*². e) reddentur *Cod.* f) ad] *supra lineam add. Cod.*². g) eroget *Cod.* h) sepelientur *Cod.*

Bened. 2, 172 (Quelle unbekannt): 'Ut sacerdotes stolas portent propter signum castitatis, sicut decretum est'. 1) Vgl. oben S. 283. Parallelen z. B. Conc. Mog. 813 c. 45, Capitula Ottobon. c. 4 (N. A. XXVII, 581), Homilia Leonis IV., Theodulfi Cap. primum c. 22. 2) Vgl. oben S. 284. 286. 3) Vgl. oben S. 283. 285. 4) Vgl. oben S. 284. 5) Vgl. Hinschius a. a. O. V, 162 Anm. 3. 6) Vgl. oben S. 281 Anm. 1. 7) Vgl. oben S. 284. 8) Vgl. Hinschius a. a. O. II, 268 Anm. 2. 9) Vgl. Gelas. c. 27 und Simplic. c. 2 (Migne 67, 310. 322; Dionysio-Hadr.). 10) Dieses eine Capitel hat Knust p. 19 (LL. II b) ediert (mit 2 Lese-
fehlern). 11) Vgl. oben S. 283. 12) Vgl. oben c. 21. 13) Vgl. z. B. Haito, Cap. c. 6.